



BOLETIN OFICIAL

DEL

OBISPADO DE SALAMANCA

Las reclamaciones se harán, en el preciso término de un mes,
a la imprenta de Calatrava.

Carta del Papa al Emmo. Señor Cardenal de Tarragona

Al documento que elevaron los Emmos. Cardenales españoles a Su Santidad el Papa Pío XI, agradeciéndole en nombre del Episcopado y fieles de España la Encíclica «*Dilectissima Nobis*» con que se asociaba al dolor de nuestra Iglesia con motivo de haberse publicado la ley sobre «Confesiones y Congregaciones religiosas», el Emmo. Sr. Cardenal Arzobispo de Tarragona ha recibido la augusta carta que traducida al castellano dice así:

Del Vaticano a 18 de agosto, de 1933.

*Al Emmo. y Revmo. Señor Card. Vidal y Barraquer
Arzobispo de Tarragona.—Tarragona.*

Emmo. y Revmo Sr. de todo mi respeto: Por aquella rendidísima voluntad que los Prelados de toda España tienen a esta Sede Apostólica, después de leída la carta

encíclica *Dilectissima Nobis*, mandaron poco ha por mediación de V. Eminencia una muy afectuosa carta al Augusto Pontífice, deseosos de llevar algún consuelo al afligidísimo ánimo del Padre Común, y a su vez de recibirlo.

Aliviaron, en efecto, su pesadumbre, al declarar cómo ninguno de los cuidados solícitos dedicados por el Vicario de Cristo a apaciguar y defender a la católica España había pasado inadvertido a ellos y a sus fieles; antes bien estaban altamente agradecidos al Padre común, que aún ocupado en atender a todas las iglesias, a cada una de ellas ama con singular afecto. Proporcionaron también los propios Pastores grata satisfacción al Padre Santo, al testificarle que sus fieles son del mismo sentir que esta Sede Apostólica tocante a la "Ley sobre Confesiones y Congregaciones Religiosas," recientemente promulgada; y que, por tanto, protestan contra ella con todas sus fuerzas, por ser, como es, injuriosa a Dios y perjudicial a las almas.

Mucha mayor alegría, empero, han dado los católicos españoles, por mediación de sus Obispos, al Augusto Pontífice, al declarar su esforzado propósito de estar cada día más unidos entre sí y con sus Obispos, a fin de oponer más firme reparo a los daños que amenazan y realizar más numerosas y más útiles obras salvadoras. Entre los designios expuestos principalmente aprueba y en gran manera alaba el Padre Santo los que miran a dar mayor impulso a la Acción Católica y a la erección de escuelas y colegios de régimen católico, con el fin de substituir instituciones suprimidas o sometidas a régimen laico.

A propósito es todo ello, no sólo para impresionar grata y satisfactoriamente el ánimo del Vicario de Cristo, sino también para infundirle esperanza de mejores tiempos. Por esto Su Santidad, a vosotros y a vuestras greyes, colma de las debidas alabanzas, y una vez más os reitera la expresión de su benevolencia.

Ni se escapa al Padre Santo que también vosotros, lastimosamente angustiados a diario por el estado de las cosas religiosas en vuestra patria, necesitáis de consuelo.

Si, pues, algún alivio puede llevar al hijo apenado el

amor y protección del padre, tened por cierto que el Padre común se halla presente de pensamiento y corazón entre vosotros todo el tiempo que esta prueba os durare participando de vuestros trabajos, cuitas y dolores, dispuesto a advertiros, a exhortaros, a consolaros. El aprovechando la ocasión, nuevamente os exhorta a lo que declaró en la Carta encíclica "Dilectissima Nobis"; que en las costumbres de los católicos españoles que se juzgan en el caso de tomar ahora a su cargo la defensa de la religión, resplandezca la profesión de la cristiana sabiduría; que fomenten y robustezcan con mayores bríos la piedad; que aunen entresí sus fuerzas y mantengan estrechísima concordia con aquellos de quienes es propio el cuidado de las cosas religiosas, es decir, con sus sacerdotes y Obispos y—punto capital—con esta Sede Apostólica; luego, ocupándose diligentemente en ello los propios Obispos, que por entero y gustosos se dediquen los fieles a promover más extensa e intensamente la enseñanza de la doctrina cristiana, a hacer que florezcan las instituciones de Acción Católica, a procurar y resolver de modo más seguro la verdadera y genuína instrucción y educación de la juventud.

En vuestro esfuerzo por conseguirlo poned plena y firmísima esperanza en Aquel cuya causa defendéis; es decir, en el Autor y Fundador de la Iglesia, que, sin duda alguna, llevará la nave de Pedro, maltrecha por tan enormes oleadas, a bonanza. A las muchas fervientes súplicas con que pedís a Dios este favor únese, compañero vuestro de oración, el Padre Santo; quien, con la esperanza de que los comunes anhelos tendrán rápido cumplimiento, a vosotros, amadísimos Hermanos suyos, y a la amantísima grey de cada uno da con efusiva benevolencia la Bendición Apostólica.

Por mi parte, al comunicar a V. Eminencia los paternales sentimientos de Su Santidad, con la mayor veneración beso sus manos y gustoso me profeso.

De V. Eminencia humildísimo y devotísimo servidor de verdad.

E. CARD. PACELLI.

Sacra Congregatio Caeremonialis

DECRETUM


DE COLORE VIOLACEO

Sacrae huic Congregationi, cui maxime cordi est, ut quae ab Ecclesiae legibus statuuntur circa vestes et insignia Eminentissimorum Cardinalium, Excellentissimorum Episcoporum nec non Reverendissimorum Praelatorum, Familiarium Summi Pontificis et omnium eorum qui hac in re idem privilegium habent, fideliter custodiantur, non abs re visum est si in id eorum mentis attentio revocetur quod una eademque apud omnes sit ratio atque gradus illius *violacei* coloris quo ex benigna S. Sedis concessionem insigniuntur.

Qua in re ut omnes varietates vitentur et ille omnino statuatur color adhibendus qui vere violaceus sit et omnibus communis ad quos pertinet, Sacra Congregatio, Pio XI Summo Pontifice approbante et confirmante, decernit ut in posterum, quando vestes violaceae sive lanae sive sericae praescribuntur, illius coloris violacei rationem conditionemque adhibeant omnes, cuius exemplar ac modulus in adiuncto folio (1) proponitur, aliis quibuscumque coloris rationibus repudiatis atque interdictis.

Datum Romae ex aedibus Sacrae Congregationis Caeremonialis, die 24 Iunii, anno 1933.

(1) Qui folium habere cupiunt, adeant Secretariam S. Congregationis Consistorialis.



Sacra Poenitentiaria Apostolica

I

DECRETUM

INDULGENTIA PLENARIA RECITATIONI DIVINI OFFICII CORAM
SSMO. SACRAMENTO ADNEXA EXTENDITUR

Quo magis, praesertim in clero, numerus et pietas augeatur adoratorum Sacramenti mirabilis quod Christus Dominus, transiturus de hoc mundo ad Patrem, tamquam Passionis suae memoriale perpetuum et de sua contristatis absentia solatium singulare reliquit, Ssmus, Dominus Noster Pius divina Providentia Pp. XI, in Audientia die 21 mensis Octobris anni currentis infrascripto Cardinali Poenitentiario Maiori impertita, peculiarem gratiam iam in alia simili Audientia diei 17 Octobris 1930 benigne concessam (cfr. *Acta Apostolicae Sedis*, vol. XXII, p. 493) ita extendere dignatus est ut qui in Sacris constituti divinum Officium in alias preces commutatum rite obtinuerint, indulgentiam plenariam, si preces eiusmodi coram Ssmo. Sacramento sive publicae adorationi exposito sive in tabernaculo adservato devote recitaverint, suetis conditionibus, et ipse lucrari valeant. Praesenti in perpetuum valituro absque ulla brevis expeditione et contrariis quibuscumque minime obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Poenitentiariae, die 7 Novembris 1932.

L. Card. Lauri, *Poenitentiarius Maior*.

L. ✠ S.

I. Teodori, *Secretarius*.

(*Acta Apostolicae Sedis*, 1932, p. 411).

II
DECRETUM

DE INDULGENTIIS PER RECITATIONEM DIVINI OFFICII CORAM
SSMO. SACRAMENTO LUCRANDIS.

Cum non omnibus qui tenentur, semper et ubique liceat *integrum* divinum Officium, etsi in partes distributum, coram Ssmo. Sacramento, sive publicae adorationi exposito sive in tabernaculo adservato, ad mentem atque effectum praecedentium ad rem decretorum (A. A. S., vol. XXII, p. 493, vol. XXIII, p. 23; vol. XXIV, p. 411), recitare; ne tot e clero peculiari hoc ad cultum Ssmae. Eucharistiae incitamento absque eorum culpa priventur, Ssmus. D. N. Pius divina Providentia Pp. XI, ad preces infra scripti Cardinalis Maioris Poenitentiarum, in audientia die 6 Aprilis currentis anni eidem impertita, benigne concedere dignatus est ut, firmis omnino manentibus praecedentibus concessionibus, omnes et singuli, pro eorum statu, ad divini Officii recitationem adstricti, si hanc peragant, etiam in parte tantum, coram Ssmo. Sacramento, ut supra *indulgentiam quingentorum dierum* pro unaquaque, ut dicunt, hora canonica, ceteris paribus, adipiscantur. Praesentibus in perpetuum valituris absque ulla Brevis expeditione et contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Poenitentiarum, die 18 Maii 1933.

L. Card. Lauri, *Poenitentiarum Maior*.
L. ✠ S.

I. Teodori, *Secretarius*.

III

DECRETUM

INVOCATIO IN CONFICIENDIS VEL REFICIENDIS SACRARUM
AEDIUM SUPELLECTILIBUS AC LITURGICIS VESTIBUS RECITATA
INDULGENTIIS DATATUR

Ssmus. Dominus Noster Pius divina Providentia Pp.

XI, in audientia infra scripto Cardinali Poenitentiario Maiori die XIX mensis Maii c. a. concessa, benigne indulget ut ii omnes, qui in conficiendis vel reficiendis sacrarum aedium supellectilibus ac liturgicis vestibus cum privatim tum in institutis hoc consilio conditis, operam suam gratuito praestent; itemque qui, ut Missionalium incepta provehant, iisdem vel manuum suarum opera opitulentur, *partialem CCC dierum indulgentiam* toties lucrari queant, quoties, dum in huiusmodi opus incumbunt utque illud sanctius efficiant, precatiunculam *Iesu, via et vita nostra, miserere nobis*, saltem corde contrito recitaverint. Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Brevis expeditione. Contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus S. Poenitentiariae, die 2 Iunii 1933.

L. Card. Lauri, *Poenitentiarius Maior*.

L. ✠ S.

I. Teodori, *Secretarius*.

(*Acta Apostolicae Sedis*, 1933, pp. 322-323).

IV

DECRETUM

De facultatibus indulgentias Piis operibus aut devotionis obiectis adnectendi deque analogis quibusdam indultis, tantum directe a Sacra Paenitentiaria in posterum concedendis.

Consilium suum persequens rei sacrarum Indulgentiarum reformandae, cohaerenter cum iam latis identidem hunc in finem postremis hisce temporibus dispositionibus, Sacra Paenitentiaria Apostolica, quo melius ordinentur facultates Indulgentias adnectendi piis quibusdam operibus aut devotionis obiectis et alia quaedam analogia indulta, quibus privati sacerdotes saepe saepius donari postulant, de expresso mandato Ssmi. Domini Nostri, sequentia statuit ac decernit:

Concessionones omnes et singulae, piis fidelium associationibus cuiuscumque nominis vel naturae, etsi forte sacerdotibus tantum constantibus, quovis loco aut tempore seu modo vel titulo hucusque factae, largiendi pri-

vatis sacerdotibus facultates et indulta quae sequuntur, nempe benedicendi devotionis obiecta eisque Indulgentias Apostolicas aut Sanctae Birgittae, ut aiunt, adnectendi—benedicendi coronas easque (quamque pro suo modo) Indulgentiis ditandi—benedicendi crucifixos ad lucrandas Indulgentias pio Viae Crucis Exercitio pro legitime impeditis adnexas necnon ad plenariam in mortis articulo Indulgentiam acquirendam—impertiendi benedictionem papalem in fine concionum—concedendi indultum, quod dicunt, altaris privilegiati personalis, praesenti Decreto revocantur, abrogantur atque omnino prorsus vi careant omnique efficacia destituantur.

Qui, igitur, sacerdotes hac vel illa ex supra recensitis facultatibus aut hoc vel illo ex supra memoratis indultis posthac augeri cupiant, nonnisi directe atque immediate a Sacra Paenitentiaria desideratam gratiam se obtinere posse sciant, oblati toties quoties peculiaribus proprii Ordinarii ad rem litteris commendatiis.

Quod vero ad privilegia attinet quibusdam Ordinibus vel Congregationibus religiosis concessa benedicendi coronas easque ditandi Indulgentiis—adnectendi crucifixis Indulgentias Viae Crucis, in aliquibus rerum adiunctis etiam absque stationum percursu lucrificiendas—stationes Viae Crucis erigendi, haec ipsi manent, ea tamen lege ut in posterum membra eorundem Ordinum vel Congregationum uti eisdem valeant tantum personaliter, non autem ita ut ea concedere quoque possent aliis sacerdotibus ad eosdem Ordines vel Congregationes non pertinentibus: hi enim omnes facultates, usui talium privilegiorum necessarias, tantummodo a Sacra Paenitentiaria, modo superius indicato, obtinere poterunt.

Contrariis quibuscumque, etiam peculiari atque individua mentione dignis, non obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Paenitentiariae, die 20 martii 1933.

L. Card, Lauri, *Paenitentiarius Maior*.

L. ✠ S.

I. Teodori, *Secretarius*.

(*Acta Ap. Sedis*, an. 1933, p. 170).

Por el precedente Decreto quedan revocadas en absoluto todas las concesiones de que gozaban las Asociaciones pías de conceder facultades e indultos; de bendecir objetos piadosos, aplicándoles las indulgencias apostólicas y las de Santa Brígida; de bendecir e indulgenciar rosarios; bendecir crucifijos con las indulgencias del Vía Crucis y la plenaria en la hora de la muerte; de dar la bendición papal al fin de los sermones; de altar privilegiado personal. Pero es de importancia notar que el Decreto no tiene efectos retroactivos, en conformidad con el canon 10, "Leges respiciunt futura, non preterita, nisi nominatim in eis de praeteritis caveatur".

Los sacerdotes, pues, inscritos en dichas Asociaciones antes del 1.º de Abril, continúan en el disfrute de todas las facultades otorgadas. Los inscritos desde el 1.º de Abril no pueden recibir ninguna facultad, sencillamente porque desde esa fecha las Asociaciones carecen de la potestad de concederlas.

Las Ordenes y Congregaciones religiosas continúan en vigor con todos los privilegios, pero no pueden subdelegarlos a Sacerdotes que no pertenezcan al mismo Instituto.

Para obtener las facultades arriba enumeradas, es preciso, desde 1 de Abril, hacer la petición directa e inmediata a la S. Penitenciaría, con Letras comendaticias del propio Ordinario, dadas para este caso.

V

DECRETUM

Indulgentia datur invocatio quaedam ad SS. Redemptorem

Die 23 Martii 1933

Sanctissimus Dominus Noster Pius divina Providentia Papa XI, in Audientia infrascripto Cardinali Paenitentiarario Maiori concessa, benigne elargiri dignatus est Indulgentiam partialem trecentorum dierum, a christifidelibus lucrandam quoties invocationem: "Te ergo quaesumus, tuis famulis subveni, quos pretioso Sanguine redemisti," saltem corde contrito recitaverint. Prae-

senti in perpetuum valituro absque ulla Brevis expeditione. Contrariis quibuslibet non obstantibus.

L. Card. Lauri, *Paenitentiarius Maior*.

L. ✠ S.

I. Teodori, *Secretarius*.

VI

DUBIA

Circa facultates confessariis peregrinis concessas anno vertente generalis maximique iubilaei

Sacra Paenitentia ad proposita dubia, quae sequuntur:

1. "Utrum in facultatibus specialibus quas Sacra Paenitentia tribuit confessariis peregrinis anno vertente Generalis Maximique Iubilaei a die II mensis Aprilis anno MDCCCXXXIII ad diem II usque mensis Aprilis anno MDCCCXXXIV intelligatur inclusa etiam facultas iurisdictionis delegatae ad excipiendas in Urbe et suburbio peregrinorum sociorum confessiones."

2. "Utrum confessarii peregrini durante itinere possint confessiones sociorum peregrinorum excipere, necnon uti praedictis facultatibus specialibus."

Respondit.

Ad I^{um}: *Affirmative*.

Ad II^{um}: *Affirmative* ad primam partem; *Negative* ad secundam.

Datum Romae, ex Sacra Paenitentia Apostolica, die 30 Martii 1933.

L. Card. Lauri, *Paenitentiarius Maior*.

L. ✠ S.

I. Teodori, *Secretarius*.

VII

DECRETUM

DE QUIBUSDAM INDULGENTIIS ADNEXIS RECITATIONI

"PATER, AVE ET GLORIA," SEXIES REPETITAE

In non paucis Indulgentiarum Summariis ad recita-

tionem sex Pater, Ave et Gloria adnexae dicuntur, *toties quoties*, Indulgentiae universae septem Urbis basilicarum, Stationum Romanarum, Portiunculae, Ierusalem et S. Iacobi a Compostella: raro admodum aliqua temporis aut loci habita ratione, nulla inter plenarias et partiales facta distinctione, nulla aut una vel alia solummodo ex suetis conditionibus servata.

Talis tantaque indulgentiarum largitio non modo haud mediocris admirationis causa exstitit apud plures, qui opinati sunt nimia hac, ut aiebant, prodigialitate thesaurus Ecclesiae, tanta sanctitate ac studio iugiter servatos, ac custoditos, quodammodo effundi, sed et ansam viris doctis praebuit in diversissimas sententias abeundi tum quoad modum documenta interpretandi quibus aedem Indulgentiae inniti dicebantur, tum quoad rationem eandem largitionem cum Sanctae Sedis praxi componendi.

Quam ob rem Sacra Paenitentiarum haud semel de natura et numero harum indulgentiarum quaesita, tandem id consilii cepit ut tota res deferretur Summo Pontifici, Supremo thesaurorum Ecclesiae Moderatori, ut hoc super negotio mentem suam aperiret.

Itaque Sanctitas Sua, omnibus mature perpensis quae ad hanc rem spectabant, in Audientia infra scripto Cardinali Maiori Paenitentiarum die 20 Ianuarii proxime elapsi concessa, decernere dignata est:

Indulgentias, quae in praefatis Summariis adnexae exhibentur recitationi sex *Pater, Ave et Gloria*, ita moderandas esse ut christifideles, qui gratiis spiritualibus de quibus in iisdem Summariis fruuntur, Indulgentiam tantum *partialem decem annorum* lucrari valeant quoties saltem corde contrito et devote memoratam recitationem fuderint ad mentem Summi Pontificis id est pro pace animorum, debita ubique libertate Ecclesiae atque populorum omnium concordia et vera prosperitate: si vero per integrum mensem hoc peregerint Indulgentiam *plenariam*, suetis tamen conditionibus, acquirere queant: abrogatis praecedentibus hac super re concessionibus et privilegiis; contrariis quibuslibet etiam speciali mentione dignis minime obstantibus.

Datum Romae ex aedibus S. Paenitentiariae, die 22 Aprilis 1933.

L. Card. LAURI, *Paenitentiarius Maior*.

L. ✠ S. I. Teodori, *Secretarius*.

VIII

DECRETUM

Novis indulgentiis Pium XL horarum exercitium frequentantes.

Invecto feliciter sub initium saeculi XVI piissimo more Sacrae Eucharistiae e sublimi throno in triduum per XL circiter continuas horas publice adorandae, satis verbis significari nequit, quot et quanta ex tan prae-cellente divini cultus exercitio caelestia charismata cuncto christiano populo obvenerint. Nec mirum: haud enim dubitandum erat, quin accedentes tam proxime ad fontes Salvatoris, salutare ex eis aquas superabundanter hausturi forent.

Haec animo penitus reputans, Ssmus. D. N. Pius divina Providentia Pp. XI adeo de cultu erga augustissimum divini amoris Sacramentum praeclare meritis (ut plures in eundem finem iam latae ordinationes luculenter testantur), et vehementissimo flagrans desiderio, ut hoc ipsum XL Horarum exercitium praecipue dirigatur ad iniurias huic almo Sacramento a perditis hominibus illatas quantum fieri possit, reparandas, secum ipse adnexas a Decessoribus suis huic pietissimae praxi indulgentias augere et amplificare constituit. Idque nendum pro expositione XL Horarum proprie dicta, ad normam Clementinae ad rem datae Instructionis, sed etiam pro expositione, quam dicunt *ad instar*, ad normam decreti *Augetur*, Sacrae Congregationis S. Officii sub die 22 ianuarii 1914.

In huiusmodi indulgentiarum augmento eadem Sanctitas Sua id in primis prae oculis habuit, ut piorum visitantium numerus succrescat, qui tantae charitatis memores, Sacratissimo Cordi Iesu, tot peccatis vulnerato,

exoptatum solamen praestent dignaque satisfactionis officium exhibere studeant.

In executionem igitur sui huius propositi idem Ssmus. Dominus Noster, in audientia infra scripto Cardinali Maiori Poenentiario die 16 iunii anni currentis impertita confirmatis omnibus in singulis praecedentibus ad rem concessionibus cum relativis praescriptionibus, extensionibus et declarationibus huic Decreto non repugnantibus, impertitas antea indulgentias ita extendere atque augere dignatus est, ut qui, confessi ac sacra Synaxi refecti, in posterum divinam Eucharistiam publicae adorationi, modo quo supra, sive in forma proprie dicta XL Horarum sive in forma (quam vocant) *ad instar*, solemniter expositam visitaverint ad normam Brevis Ap. *Literis Nostris* scilicet, recitando quinque, *Pater, Ave et Gloria* addita quoque unius *Pater, Ave et Gloria* ad mentem Summi Pontificis recitatione, consequi valeant *Indulgentiam plenariam* semel in die, singulis expositionis diebus; qui autem saltem corde contrito eandem visitationem peregerint, *Indulgentiam partialem quindecim annorum* toties quoties, expositione durante lucrari queant. Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Brevis expeditione et contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus S. Poenitentiariae, die 24 iulii 1933.—L. CARD. LAURI, *Poenentiarius Maior*.—L. † S.—I. TEODORI, *Secretarius*.

IX

DECRETUM

De non permiscendis operibus pro multiplici iubilaei acquisitione.

Infra scriptus Cardinalis Paenitentiarius Maior, in Audientia diei 21 mensis Iulii 1933, Ssmo. D. N. Pio Pp. XI sequens dubium exposuit, saepenumero Sacrae Paenitentiariae pro opportuna solutione exhibitum, ut mentem Suam hac de re aperire dignaretur:

“Utrum nonnulla vel etiam omnia opera pro altero

iubilaeo acquirendo fieri possint antequam inchoata opera pro primo absolvantur”.

Cui dubio Sanctitas Sua respondere dignata est:

“Negative”.

Datum Romae, ex aedibus S. Paenitentiarum, die 1 Augusti 1933.

COMMISSIO PONTIFICIA DE RE BIBLICA

De falsa duorum textuum biblicorum interpretatione.

Propositis sequentibus dubiis Pontificia Commissio de Re Biblica ita respondendum decrevit:

I. Utrum viro catholico fas sit, maxime data interpretatione authentica Principum Apostolorum (Act. II, 24-33; XIII, 35-57), verba Psalmi XV, 10-11: “Non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem. Notas mihi fecisti vias vitae”, sic interpretari quasi auctor sacer non sit locutus de resurrectione Domini Nostri Iesu Christi?

Resp. Negative.

II. Utrum, asserere liceat verba Iesu Christi quae leguntur apud S. Matthaeum, XVI, 26: “Quid prodest homini, si mundum universum lucretur, animae vero suae detrimentum patiatur? Aut quam dabit homo commutationem pro anima sua?”, et pariter ea quae habentur apud S. Lucam IX, 25: “Quid enim proficit homo si lucretur universum mundum, se autem ipsum perdat et detrimentum sui faciat?”, sensu litterali non respicere aeternam salutem animae, sed solum vitam temporalem hominis, non obstantibus ipsorum verborum tenore eorumque contextu, necnon unanimes interpretatione catholica?

Resp. Negative.

Die autem 1 Iulii 1933, in audientia infrascripto Rmo. Consultori ab Actis benigne concessa, Ssmus Dominus Noster Pius Pp. XI praedicta responsa rata habuit et publici iuris fieri mandavit.

PONTIFICIA COMMISSIO

Ad codicis canones authentice interpretandos.

RESPONSA AD PROPOSITA DUBIA

Emi Patres Pontificiae Commissionis ad Codicis canones authentice interpretandos propositis in plenario coetu quae sequuntur dubiis, responderi mandarunt ut infra ad singula:

I.—*De sacrarum reliquiarum authenticitate.*

I. An Vicarius generalis, ad normam canonis 1283 § 2, speciali mandato Episcopali indigeat ad authenticandam partem sacrae reliquiae ex authentica extractam.

II. An Vicarius generalis, vi canonis 1285 § 1, sine speciali mandato Episcopi novum authenticitatis documentum tradere vel sacrae reliquiae novum sigillum apponere possit.

R. Ad I. *Affirmative.*

Ad II. *Negative.*

II.—*De matrimonii accusatione.*

I. An, ad normam canonis 1971 § n. 1, habilis sit ad accusandum matrimonium coniux, qui metum aut coercionem passus sit.

II. An, ad normam eiusdem canonis 1971 § 1 n. 1, habilis sit ad accusandum matrimonium etiam coniux, qui fuerit causa culpabilis sive impedimenti sive nullitatis matrimonii.

III. An causa impedimenti honesta et licita a coniuge apposita obstet quominus coniux ipse habilis sit ad accusandum matrimonium, ad normam canonis 1971 § 1,

IV. An, vi canonis 1971 § 2, promotor iustitiae vi muneris sui agat in iudicio.

Ad I. *Affirmative.*

Ad II. *Negative.*

Ad III. *Negative.*

Ad IV. *Affirmative.*

Datum Romae, e Civitate Vaticana, die 17 mensis Iulii anno 1933.

A. A. S., 10 Augusti 1933, pág. 341 315.

RESOLUCION DEL TRIBUNAL ECONOMICO

ADMINISTRATIVO PROVINCIAL DE VALENCIA

A favor de la Iglesia de Almácer, eximiéndola de la contribución especial que por razón del adoquinado le impuso el Ayuntamiento.

En Valencia, 1.º de Abril de 1933, reunido el Tribunal Económico Administrativo provincial para conocer la reclamación de D. Rafael Reig Cerdá, Párroco de Almácer, contra resolución del Ayuntamiento, dictada en materia de contribuciones especiales.

Resultando, que para atender al pago de los gastos de construcción del adoquinado de las calles de Vicente Blasco Ibáñez y Vicente Lladró, se giró un reparto por Contribuciones especiales, en el que se asignó la cantidad de 328'93 pesetas a la Iglesia parroquial.

Resultando, que D. Rafael Reig, Cura párroco, impugnó ante el Ayuntamiento tal asignación y que la corporación municipal desestimó aquella reclamación.

Resultando, que contra dicho acuerdo interpuso reclamación económico-administrativa el señor Cura párroco, alegando: que las iglesias parroquiales, por de recho concordado y no derogado, están exentas de todo tributo; que el artículo 358 del Estatuto Municipal confirma dicha exención; que el artículo 26 de la Constitución del Estado hacen referencia al culto religioso, no a la materialidad de los edificios a él destinados, y que, además, no puede aplicarse a este caso particular en atención a que las disposiciones de la Constitución del Estado son normas generales cuya aplicación debe hacerse según reglas particulares que todavía no se han promulgado.

Considerando, que el artículo 358 del Estatuto Municipal, en su número 3.º declara que estarán exentas de estas contribuciones especiales: "Los edificios de las iglesias, catedrales, parroquiales y ayudas de parroquia", y que esta disposición ha sido elevada a ley de la República, al hacerlo con el Libro segundo del Estatuto Municipal que lo contiene.

Considerando, que se trata de una exención taxati-

vamente prevista en un precepto legal vigente, la invocada por el reclamante.

El Tribunal, en única instancia, declara que se halla exento de contribuir en el reparto de que se trata el edificio de la iglesia parroquial, que deberá ser baja en la correspondiente relación. —*Es copia.*

El Delegado de Hacienda. Presidente del Tribunal.
ABAD.

SEMINARIO DIOCESANO DE SALAMANCA

Inauguración del curso académico de 1933 a 1934

Bajo la presidencia del Ilmo. Sr. Vicario Capitular (S. V.) de la Diócesis, Lic. D. Pedro Salcedo, y con la solemnidad acostumbrada, tuvo lugar el día 2 del próximo pasado Octubre, la apertura del año académico de 1933 a 1934. Comenzó el acto por la Misa del Espíritu Santo, que celebró el Rvdo. Director Espiritual del Seminario, D. Gerardo Bonilla. A continuación, en el salón de actos, el Dr. D. Gabriel Palomero Díaz, profesor de este Centro, leyó un interesante discurso, que versó acerca de "Los viajes apostólicos de San Pablo".

Terminada la lectura, el claustro de Profesores hizo la profesión de fe en conformidad con lo dispuesto por los Sagrados Cánones, y juramento y voto de propagar, defender y predicar la doctrina que sostiene y defiende la Mediación universal de la Virgen María y su triunfante Asunción en cuerpo y alma a los cielos.

Recibió el juramento el Ilmo. Sr. Vicario Capitular y a continuación declaró abierto el nuevo curso académico.

Alumnos matriculados en el curso de 1933 a 1934:

Latinos, 33. Filósofos, 30. Teólogos, 84. Canonistas, 2. Total: 149.

COLLATIO DOGMATICA, MORALIS ET DISCIPLINARIS

MENSE NOVEMBRI HABENDA

DE RE DOGMATICA

Utrum anima humana sit corruptibilis. (S. Thom. p. 1.^a, q. LXXV, a 6.^o)

DE RE MORALI

Bruno a Severo obtinuit ut domus venditionem in crastinum differret, ut amicus suus Nicasius cum illo pacisci posset. Colloquium casu audivit Quirinus, atque primo mane Severum adiit qui, putans eum esse Nicasium, a Brunone commendatum, domum ei justo vendidit pretio. At illico veniens Nicasius, et venditionem jam factam reperiens, inclamat valde, seseque jurisperitum fingens, codicis articulum quemdam, falsum undequaque, recitat, ex quo manifeste jus omne adimitur Quirino. Unde se eum apud judicem delaturum permittit, qui, abs dubio, venditionem irritam declarabit, impensasque integras ipsi, ut emptori fraudulento, subeundas imponet. Tam mira eruditione seductus Quirinus, etsi invitus, domum Nicasio tradendi consilium cepit. Verum inde vehementer suspicans ne fraude captus sit, domum iterum a Nicasio repetit.

Quaeritur hinc: 1.º Utrum error et dolus invalident contractum?

2.º Cui, tandem, domus assignanda erit?

DE RE DISCIPLINARI

Qua frequentia clerici ad Poenitentiae sacramentum accedere debent; et quid quoad orationem mentalem eisdem praescribitur. (Decr. 14 et 15, ad cann. 124 et 125 C. I. C.)

NECROLOGÍA

Han fallecido en esta Diócesis, D. Felipe Hernández y Hernández, párroco jubilado de la Encina de San Silvestre y D. José Santos Redondo, párroco de Tejarres. Perteneían a la Hermandad de Sufragios Espirituales del Clero y tenían acreditado el cumplimiento de las cargas, por lo que los señores socios se servirán aplicar una misa y tres responsos por el alma de cada uno de los finados.—R. I. P. A.

BIBLIOGRAFÍA

EL ARSENAL DEL PREDICADOR. Revista mensual de predicación. Suscripción al año corriente el XXI (Octubre de 1933 a Septiembre de 1934) 4 pesetas. Año atrasado a 5,30 incluido el envío. Administración Hijos de Gregorio del Amo: Paz. 6. Madrid

Hemos recibido el año XX de esta interesante revista en la que colaboran distinguidas personalidades del clero secular y del regular constituyendo cada año una muy recomendable colección de oraciones sagradas. En el año XX (Octubre de 1932 a Septiembre de 1933) vemos publicados: Novena de sermones a las Animas, once Panegíricos y diez Asuntos de Circunstancias. Véndese a 5,30 precio al que se venden también cada uno de los años 9.º a 19.º de los que aún hay existencias.

EL DOLOR Y LOS DOLORES. Sermones predicados por el Ilmo. Sr. Dr. don Justo Rivas Fernández, Obispo de Plasencia. Volumen XXVI de «La Predicación contemporánea». Madrid, 1933. Bruno del Amo. Editor. Apartado 5.003. Un volumen en 8.º 5 pesetas.

Con el presente volumen comienza la publicación de las Obras oratorias del eximio Obispo placentino (q. s. g. h.) que, movido de ardiente celo por la salvación de las almas, predicó cientos de sermones en la pintoresca región galaica, contribuyendo con su evangélica unción a ganar muchas almas para Dios. Las características de estos sermones son: estilo fácil, sencillo, brillante y perfectamente asimilable; gran diafanidad de pensamiento en la exposición de la doctrina; nada común precisión de conceptos, vasta erudición, conocimientos teológicos solidísimos y una magnífica unidad de plan, que siempre desarrolla de muy completa manera.

Comprende el presente volumen, como deja entrever el título, un Septenario de sermones sobre los Dolores de la Santísima Virgen, dos de la Soledad, y otro acerca de los Dolores gloriosos de María. Completan el volumen, a manera de Apéndice, cinco homilías para las dominicas tercera y cuarta de Adviento, y primera, segunda y tercera de Cuaresma.

LIC. D. MIGUEL DE PRADA FERNÁNDEZ, Director del Colegio de San Francisco, sucursal del Seminario de Astorga en Puebla de Sanabria.

Diario de Misas recibidas, encargadas y celebradas, para ver con claridad y al pronto el estado de estas sagradas cuentas. Contiene cincuenta páginas y pauta para la cuenta de un semestre en cada página. Lleva, además, un apéndice sobre misas votivas y de Requiem, que representa en dos cuadros y varias

notas, cuándo y cómo se puede decir Misa de Requiem; Misa votiva, ya solemne, ya privada, y cuándo no debe decirse la oración mandada, con la debida aprobación y licencia.

Precio 2,50 pesetas encuadernado. Muy barato si se tiene en cuenta que una libreta en blanco para el mismo objeto vale ese dinero. Pero no se vende, se regala al que lo pida y mande una limosna para el sostenimiento de la Hojita «LAS VOCACIONES». Los pedidos al Autor, en Puebla de Sanabria (Zamora).

TIERRA SANTA Y ROMA. Revista mensual ilustrada, Dirección: Capuchinas, n.º 6. Toledo. Administración: Escuelas, n.º 18 Vitoria. Precio en España: Un año, 4 pesetas; en el extranjero, 7.

GRANJA PALENTINA DE CUNICULTURA

INSTALADA EN EL JARDÍN DEL PALACIO
EPISCOPAL DE PALENCIA

Tres grandes premios de honor y siete primeros premios en la Exposición Nacional del próximo pasado Mayo.

LA MEJOR GRANJA DE ESPAÑA	Chinchillas-Rex.	Cuarenta sucursales entre los sacerdotes de la Diócesis palentina.
Cooperativa Regional.	Habanas Rex.	
Venta de carnes.	Armiños Rex.	
	Negros-Rex.	
En breve, venta de pieles.	Castorex.	Varias granjas en las diócesis de Burgos, León, Astorga, Oviedo, Zamora, Valladolid y Salamanca.
Varios sacerdotes, extendidos por toda España han instalado sus modestas granjas guiados de nuestros consejos y orientaciones.	Angoras.	
	Habaras.	
	Cibelinas.	
	Chinchillas.	
	Nutrias marinas.	
	Azules de Beverén.	Todas las facilidades posibles para los señores sacerdotes.
	Cobayas o de Indias.	
	Gigantes de Flandes.	

Gigantes de España y gigantes blancos de Bouscat. Una buena y honesta recreación para el Clero rural y una ayuda económica de no pequeño valor.

Director: JOSÉ MARÍA MARTÍN GONZÁLEZ, Presbítero y Técnico en Cunicultura.

Esta Granja pone a disposición de todos los Sacerdotes sus conocimientos y sus desinteresados consejos, por lo que pueden dirigirse al Sr. Director en la seguridad de ser atendidos.

Salamanca.—Imp. de Calatrava, a cargo de Manuel P. Criado.

SECRETARIA DE CÁMARA DEL OBISPADO

Colecta "Pro Seminario,,"

Por orden del Ilmo. Sr. Vicario Capitular (S. V), en cargo a todos los señores Párrocos, Ecónomos y Rectores de iglesias, inclusive si son éstas de Religiosos, del Obispado, que organicen Colecta en sus templos en favor del Seminario el día 8 del presente mes, Fiesta de la Inmaculada Concepción de la Santísima Virgen, remitiendo a esta Secretaría el importe de las limosnas que los fieles hicieren para obra de tanta misericordia y piedad, como es la del mantenimiento y formación sacerdotal en el primer centro eclesiástico de los futuros padres y pastores de sus almas.

Confía S. S. Ilma. en que todos los Sacerdotes, tan amantes del Seminario, muy pobre hoy, desplegarán el mayor celo en la preparación de dicha Colecta Y a todos, en nombre de los seminaristas favorecidos, envía por mi conducto el anticipado testimonio de su gratitud.

Salamanca, 1.º de Diciembre de 1933.

LOPE PEREZ FLORES,
Canciller-Secretario.